

Gell. lib. 14. fertur, & alia esca melior atque amplior succenturiatur, hisque flos cœna habetur; cui eximia & exquisita varietati
cap. 8.
Mart. lib. 8.
Epiqr. 28.

Non ego pratulerim Babylonica picta superbè
Texta Semiramia, qua variantur acu.

Elegans, purum, figuratum. In Expositione Literæ incedit Auctôr copiosus, amœnus, floridus, ut cui fontes Musarum patent: propositi tenax, dum arcana, quæ litera celat, mirâ industria & perspicuitate pandit; & licet calore secunda mentis abreptus aliquando aliorum longè digredi videatur; illic omnes se ductas lineas in centrum Literæ cogit, omnique figurâ res amplificat, extollit, & exornat.

Denique est Opus cum magna Auctoris laude diffusum. Meritò hoc etiam nomine laudem meretur. Quis enim non crederet ipsius mentem ditissimam profundæ doctrinæ thesaurum, qui introierit, inveniet; & ecce prodit quartum præcedentibus æquè diffusum, plenum, abundans, superfluens, tanquam fluvius à non intermittente, sed perenni fonte promanans: hanc, ni fallor, feliciter, quæ paucorum est, consecutus, opere adimplens illud Quintilian præceptum: *Vires faciamus ante omnia, quæ sufficiant labori certaminum, & usu non exhauriantur.* Itò Parentis Bernardi monitum, & Spiritus Sancti oraculum: *Si sapias, concham se exhibebis, non cansem; hic siquidem pendet, & recipit & refundit; illa verò donec impleatur, expectat: audi sapienterem me. Stultus profert totum spiritum suum simul, sapiens reservat in posterum.* Verè concha, verè sapiens notus Auctôr, qui multo tempore & labore, omni genere disciplinarum instructus, expectavit plenitudinem, ut refunderet copiose, & proficeret multis: non protulit totum spiritum suum simul, ne exhaureretur; sed ne confundere, reservavit in posterum. Quo ingenio, spero fidem liberaturam suam orbi literario exhibendo octo volumina quæ promissit, simul cum Expositione Periphrastica paraphrastica sacrorum Bibliorum, præter aliud iam diu expectatum, cui titulus: *Ephemerides sacræ & profanæ*; ut semper plenus sibi, nobis superplenus, & superestitens innotescat. Sed enim omnem superat admirationem, quod tam divite venâ Republicam literariam illustraverit, cum primus hanc salebrosam provinciam Commentariorum Literalium in Sacras Tautologias, sibi decreverit, ut in ipsius persona Horatianum illud locum habeat:

Libera per vacuum posui vestigia princeps,
Non aliena meo pressi pede.

Et cum primâ manu elaborata, frequenter contracta, cruda, & informia lucem aspiciant; Auctoris Opus, non communi trutinâ ponderandum: ab ovo magnum, diffusum, maturum, decoctum & perfectum evasit. O quanto Republicæ Literariæ bono! Latebat sub cortice Literæ lapidissimus nucleus, succus spiritualis; cortex durus erat, sed frangendus: at quis frangeret, nisi qui ad tantum opus ingenio, industriâ, & improbo labore à Deo comparatus? A Deo, inquam, nam ut bene Antipater Boltenis adversus Origenis commenta disputans, negat esse iuris nostri, cum tantis de rebus verba facimus, ratiocinari tanquam à nobis ipsis; sed eius est, cui tanta concedita sunt à Deo, tum predicare, tum Ecclesiam sacris erudire doctrinis. Quare hoc Opus luce publicâ & cedro dignum iudico, cum in eo nihil orthodoxæ fidei non consonum, bonis moribus non conforme deprehenderim. Sic censeo in hoc nostro S. Martini Matritensis Cœnobio Pridie Kal. Septembris anno Domini 1717.

M. Fr. Josephus de Barnuevo.

FACULTAS ORDINIS.

NOS Magister Fr. Benedictus Pañelles Congregationis S. Benedicti Hispaniæ & Angliæ Generalis &c. Ut Quartus Tomus Commentariorum Literalium in Sacra Scriptura Tautologias elaboratus à R. P. M. Fr. Emmanuele de Villarroel, Theologi Doctore, Sacrarum Literarum Interprete, & nostræ Congregationis Generali Concionatore, quoniam à viris doctis (quibus ipsum examinandum committimus) recognitus & approbatus, typis mandari & in lucem prodere valeat, quantum ad Nos attinet, tenore præsentium sigillo nostro & subscriptione munitur, facultatem concedimus, in nostro S. Martini Matritensis Cœnobio, Pridie Kal. Septembris, anno 1717.

Magister Fr. Benedictus Pañelles,
Generalis Congregationis S. Benedicti.

M. Fr. Benedictus Lopez de Sedano,
Secretarius.

CEN-

CENSURA ILLUSTRISSIMI ET RR. D. D. F. IOANNIS
Muñoz de la Cueva, Doctoris Theologi Toletanæ Universitatis, atque
Durandi Cathedre olim Moderatoris, Sanctæ Fidei Senatus Qualifica-
toris, pro Regijs Sessioibus de Purissimæ Conceptionis Myserio Theo-
logi deputati, Ordinis SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum iam
diu Provincialis Ministri in Provincia Castelle, Legionis &
Navarræ; nunc in Auriensem Episcopum electi, à
Consilij Regis Catholici, &c.

EX præscripto D. Vicarij Matritensis legi Tomum Quartum Tautologiarum RR. P. M. Fr. Emmanuelis de Villarroel Congregationis Hispaniæ S. Benedicti Generalis Concionatoris, &c. quem legere cepit, quilibet in scientiarum notitiam cupit legere. Dimidium operis, quò bene cepit, habet: habemulque, ne diu expectationis cruciamine premeremur; feretque iam in gaudium mentis conceptum optatum mulcimine votum. Ni reat, consultò factum, ut prius in se Volumem patienter experiretur, quod eventurum lecturis, scilicet suspensionem. *Est enim bonarum rerum sollicita expectatio; maxime quia intolerabilis expectationis expectata magnitudo, nesc. cap. 5.* Actum arbitror, ut desideria dilata crescerent, & crescentia caperent quod invenissent. Dimidium Operis; at numero tantum. Materiam superat opus. Ex quatuor voluminibus unum Auctôr opus fecit in admirationem, ac re diceret indistinctum. An sint quatuor, vel videntibus incognitum: est enim in illis spiritus intelligentiæ unicus & multiplex, disertus, philagathus, suavis, acutus, subtilis. Simillima namque proles, mihique inter quatuor gratissimus error. Sunt enim æqualia, quæ dissimilia omnino; ac similitudo inæqualitate grata. Singula longè præstant in Eucleæ templo, sed præfens deluper ipsorum quatuor, ut sese vinceret, cui nihil restabat aliud in singularem triumphum, sui trophæum. Insignis floret insignibus: astruit Opus: quo clarè obscura, distinctè varia, brevi multa, & nervosè omnia; ita ut fatier avidum voracem animum, quod studiosè mobile elurivi desiderium. Nihil mihi lectum, quod non selectum ac solidum. Aliqui discretissimi non respondent famæ suæ (plorat Marc. Seneca) vel cum omnium admiratione dicentes; quasi in scriptis ab ingenio suo delituit. Longè aliter nostro Auctori. Ex utroque mirè constat. Valeat scientiarum ministerio & cultu, copiâ milticâ sententiarum, artificio singulari reflexionum. Nullum verbum sine virtute, ita ut auditor vel lector nihil sine damno, si aliud aliquid agat. Docet, admonet, movet. Nihil venustius, nihil vehementius, nihil subtilius, nihil tanto cum decore, tanta cum venere, ut commendetur in Stoam instructio Fecialium, in Sophiam manus Charitum, in cultum tandem totum studium Gratiarum. Inimitabilis ityli brevitatis, & fetus sententiarum in brevitate. Dicam ex Iusto Lipsio: *Scriptis compositis, disertè, eleganter. Subtilitas quidem & brevitatis in eo sapè meti Opus commendatione nulla indigeat (suo enim utitur testimonio, non alieno suffragio) ni genium tanti viri, modestiæque maioris agnoscerem. Diligo quidem ardentissimè, sicut meretur: sed hoc ipsum amanti est non onerare eum laudibus.* Laborem enim sine tædio ob omnigenam eruditionem, encyclopediarum summam dulcem mentis palato legi, perlegi, relegi: & sine ulla catholici fidei offensa studiosis communicari, & vulgari, ut sint studiosi, cunctis debere arbitror & opto. Matriti &c. Die 17. Octob. Anni 1717.

M. Fr. Ioannes Muñoz de la Cueva.

FACULTAS ORDINARIJ.

VICA superipri Approbatione, facultatem concedimus RR. P. M. Fr. Emmanueli de Villarroel Benedictino Laurensanensi &c. ut Tomum Quartum in Sacras Tautologias, in lucem edere queat. Matriti die 18. Octob. ann. 1717.

Lic. D. Nicolaus Alvarez de Peralta;
APPRO-

APPROBATIO ILLUSTRISSIMI ET RR. D. D. Fr. FRANCISCI
Palanco Supremæ Inquisitionis Qualificatoris, Archiepiscopatus Toletani Examinatoris
Synodalis, Provinciae S. Francisci de Paula semel & iterum Provincialis, nunc
in Jacensis Ecclesie Prasulem electi, à Consilijs
Catholici Regis, &c.

EX Comissione Supremi & Regij Senatus Castellæ accepti ac vidi Opus hocce, cui epigraphæ;
Commentaria in Tautologias Sacras Tomus Quartus, exquisito labore elucubratum à R. P.
M. Fr. Emmanuele de Villarroel Benedictino Laurentanensi, Sacrae Theologiae Doctore, sacrarum
Litterarum Interprete, Generali Concionatore, alijsque titulis, præsertimque pluribus studiosis
operibus editis, sapientibus cunctis celeberrimo. Vidi, inquam, & suspexi omnigenæ eruditionis
thesaurum incomparabilem, luminum globum circumquaque radios doctrinæ spargentem, vel po-
tius Solem in Orbe Sapientiæ micantem. Nec mireris. Quarto enim die Opifex mundi Lucem in
primo editam in Solem auxit, quo universum illuminaret Orbem. Non abfimili ordine noster Au-
ctor, editis primo, secundo, ac tertio luminoso die suarum Tautologiarum, iam in quarto Solem
profert in medium, se tamen ipsum vincens ac superans novis doctrinæ ac sapientiæ splendoribus;
quibus Sacræ doctrinæ, Scripturarumve divinarum Professoribus abundè auxilia suppeditat à
Theologia sacra petita, à Philosophicis disciplinis, ab Historia quoque, tum Ecclesiastica, tum
Prophana; quin & ab Ethnicorum Vatum Poematibus; quibus ut ancillis ad arcem Sapientiæ cun-
ctos invitat huiuslibet facultatis Professores. Humanas literas divinis ancillari facit: spoliæque ab
Ethnicis reportata obsequiose submitit divinis literis. Sed quid in opere isto laudando immeror?
cum ex prioribus, seque ipso omnem laudem superet & encomia, quæ rudis noster stylus proferre
posset. Munus ergo Censoris ut impleam, hoc unum assero, in hoc nempe Libro nihil à me agni-
tum, quod sanæ doctrinæ, Catholicæ fidei, probis moribus adverteret; imò omnia consona, sacra-
rumque literarum Professoribus utilisima. Sic sentio &c. salvo meliori iudicio, Matrivi 4. Kal.
Septembris, ann. 1717.

M. Fr. Franciscus Palanco:

FACULTAS REGIJ CASTELLÆ SENATUS.

APPROBATIONE SUPERIORE VISA, Regius Castellæ Senatus permisit P. M. Fr. Emmanuelli de Vi-
llarroel Benedictino &c. Tomum Quartum in Sacras Tautologias typis committere, ut latius
patet ex authographo privilegio expedito die 4. Septembris, ann. 1717. per D. Franciscum de
Casteljon, Secretarium.

M E N D A.

FOL. 66. lin. 44. insanabilio, leg. *insanabilior*. fol. 104. column. 1. lin. 10. involens, leg. *involutus*. fol. 112. lin. 14. Pra-
lo, leg. *Paulo*. fol. 431. lin. 55. trepidat, leg. *trepidant*. fol. 452. col. 1. lin. 6. cadorem, leg. *condorem*. fol. 462. col. 2.
lin. 38. futuram, leg. *futuram*. fol. 474. col. 2. lin. 21. sed, leg. *se*. fol. 482. col. 2. lin. 56. missis, leg. *missi*. fol. 502. col. 2.
lin. 16. educendus, leg. *educendus*. fol. 509. col. 1. lin. 6. in peccis, leg. *in specie*. fol. 511. col. 1. lin. 38. gratiam, leg. *gratiam*.
Ibid. lin. ult. quosque, leg. *quosque*. fol. 529. col. 2. lin. 49. glorie, leg. *gloria*. fol. 531. col. 2. lin. 21. quid avert, leg. *quid*
haber. fol. 536. lin. 39. pugnaverunt, leg. *pugnaverunt*. fol. 546. lin. 23. temper, leg. *super*. fol. 608. col. 1. lin. 39. evivire,
leg. *exuvia*. fol. 618. col. 1. lin. 52. illos, leg. *illos*. fol. 631. lin. 34. latin, leg. *Latini*. fol. 639. lin. 50. viam, leg. *viam*. fol.
640. lin. 36. irritas, leg. *irrites*. fol. 649. col. 2. lin. 36. leobus, leg. *leopus*. fol. 655. col. 1. lin. 55. sine, leg. *sine*. fol. 660. lin.
21. censecere, leg. *crefere*. fol. 680. lin. 7. Et, leg. *En*. fol. 682. col. 2. lin. 40. Pater, leg. *pater*. fol. 684. col. 1. lin. 38. annois,
leg. *amoris*. fol. 689. lin. 12. rutilit, leg. *rutilit*. fol. 695. lin. 34. tribulos, leg. *tribulos*.
Hæc secunda Quartum Tomi in Tautologias R. P. M. Fr. Emmanuelli Villarroel Benedictini Editio, his mendis. Ex-
ceptis, prioribus, quæ originalis vices gerit, est conformis. Matrivi pridie Nonas Augusti. Anni Domini M.DCC.XXXIII.

Lic. D. Emmanuel Garcia Alesan,
C. M. Generalis Corrector.

S U M A D E L A T A S S A.

TASSARON los señores del Consejo à seis maravedis cada pliego de los deste Libro, como consta
de la certificacion de D. Balthasar de S. Pedro Acevedo, Secretario de Camara del Rey nue-
stro Señor. En Madrid à 6. de Agosto de 1733.

APPARATUS TAUTOLOGIARUM

TOMI QUARTI.

TAUTOLOGIA PRIMA.

Levit. 13. v. 40. *Vir de cuius capite capilli sunt,*
calvus & mundus est.
Decalvabit Dominus verticem filiarum Sion,
& Dominus crinem earum nudabit. Iſai.
3. 17.
Tonſentes attondent capita. Ezech. 44. 20.
Capillus de capite. 1. Reg. 14. 45. Daniel. 14. 35.
Matth. 10. 30. Luc. 7. 38. Act. 27. 34.
Capita & barbam raiſam, quorum capita nuda
ſunt. Batuch. 6. 30.

In Deum vivum. Pfalm. 83. 3.
Tu es filius Dei vivi. Matth. 16. 16.

TAUTOLOGIA V.

Deuter. 6. v. 16. *Non tentabis Dominum Deum*
tuum, ſicut tentasti in loco tentationis.
Ne forte tentaverit vus is qui tentat. 1. Theſal.
3. 5.
Exterminati ſunt ab exterminatore. Iudith.
8. 25.
Filia mea male à demonio vexatur. Matth. 22.
Iacet paralyticus, & male torquetur. cap. 8. 6.
Lunaticus eſt, & male patitur. cap. 17. 15.
Dolens in doloribus ſuis. Iſai. 26. 17.
Non gaudij ſed maroris. Hebr. 12. 11.

TAUTOLOGIA II.

Deuter. 4. v. 6. *Obſervabitis & implebitis opere.*
Faciens enim faciet Dominus. 1. Reg. 25. 28.
Ezech. 31. 11.
Faciens facies. 1. Reg. 26. 25-2. Reg. 9. 7.
Ierem. 22. 4-4. 17.
Videant opera tua, que facis. Ioan. 7. 3.

TAUTOLOGIA VI.

Deuter. 28. v. 13. *Conſtituet te Dominus in cap-*
ut, & non in caudam; & eris ſemper ſuprà,
& non ſubter.
Advena aſcendat ſuper te, erique ſublimior;
tu autem deſcendes, & eris inferior. Iſid.
v. 43.
Subtus & non ſuprà. Baruch. 2. 5.
Fructus eius deſuper, & radices eius ſubter;
Amos. 2. 9.
Mittet radicem deorum, & faciet fructum
ſurſum. 4. Reg. 19. 30. Iſai. 37. 34.
Radices eius ſub illa erant. Ezech. 17. 6.
Ex inferno inferiori. Pfalm. 85. 13.
In inferno deorum. Eccli. 51. 9.
Mittite te hinc deorum. Luc. 4. 9.
Inclinans ſe deorum. Ioann. 8. 6.
Humilitate humiliabitur. Iſai. 32. 19.
Cadet & corruet. Ierem. 50. 32.
Elevatus eſt in ſublime. Prov. 30. 32. Ezech.
31. 10.
Aſcendiſti in altum. Pfalm. 67. 19. Ephes. 4. 8
Elevaverunt arcam in ſublime à terra. Genes.
7. 17.
In excelsum, ſuprà. Iſai. 7. 11.
Rorate cæli deſuper. Ibid. cap. 45. 8.
In calo ſurſum, & in terra deorum. Deuter.
4. 39. Iofue. 2. 11. Act. 2. 19.

TAUTOLOGIA III.

Deuter. 4. 19. *Ne forte errore deceptus adores.*
Idem Iudic. 9. 36. Iob. 15. 31. Ezech. 45. 20.
In erroris via erraverunt. Sapient. 12. 24.
Errant, qui operantur malum. Prov. 14. 22.
Impium conaemabunt impietatis. Deut. 25. 1.
Iniusti iniquitatem fecerunt. Pfalm. 118. 78.
Pervaricantes reputavi omnes peccatores terra.
Ibid. 71. 9.
Impietas impij. Ezech. 18. 20-33. 12.
Impie agens impij. Daniel. 12. 10.
Non erit innotens malus. Prov. 11. 21.
Nequiſtimi nequiſſima vita. Eccli. 22. 12.
In pravitate cordis mali. Ierem. 7. 24.
Malus eſt oculus nequam. Eccli. 31. 14.
Statera dolofa non eſt bona. Prov. 20. 23.

TAUTOLOGIA IV.

Deuter. 4. v. 35. & 39. *Dominus ipſe eſt Deus,*
& non eſt alius præter eum. Paſſim in
Scriptur.
Domine Deus, quia non eſt ſimilis tui, neque
eſt Deus extra te. 2. Reg. 7. 22. Iſai. 45. 14-
15. & 22.
Dominus ſolus dux eius fuit, & non erat cum
eo Deus alienus. Deuter. 32. 12.
Videte, quod ego ſim ſolus, & non ſit alius Deus
præter me. Ibid. 39.
Vocem Dei viventis. Deut. 5. 26-1. Reg. 17.
26. & 36. Ofec. 1. 10-2. Mach. 15. 4.
Rom. 9. 26. Hebr. 10. 31.

TAUTOLOGIA VII.

Deuter. 28. v. 28. *Percutiat te Dominus amentia;*
& cecitate, ac furore mentis.
Voluntarium peccatum. Eccli. 20. 4. Hebr.
10. 26.
Peccavit delinquens. Ezech. 25. 12.

Apparatus Tautologiarum.

Peccator transgrediens mandatum Domini.
Eccli. 29. 26.
Omnis iniquitas peccatum est, & est peccatum
ad mortem. 1. Ioan. 5. 17.
Prævaricantes prævaricati sunt, & prævari-
catione transgressorum prævaricati sunt.
Isai. 24. 16-48. 8. Ierem. 5. 11. Ezech. 14.
13-18. 24.
Quod moritur moriatur: & quod succiditur
succidatur. Zachar. 11. 9.

TAUTOLOGIA VIII.

Deuter. 31. v. 6. *Nosite timere, nec paveatis, quia
Dominus non dimittet, neque derelinquet te.*
Idem Iosue. 1. 5-1. Paralip. 28. 30. Hebr.
13. 5.
Ne timeas, neque paveas. 1. Paralip. 22. 13-
28. 20.
Trepidaverunt timore. Psalm. 13. 5-52. 6.
Quare tu solus & nullus est tecum? 1. Reg. 21. 1.
Ego deserta & sola. Isai. 49. 21.
Nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt.
2. Tim. 4. 16.
Solas non sum, sed ego & qui misit me Pater.
Ioan. 8. 16.
*Qui me misit, mecum est, & non reliquit me
solum.* v. 29. & cap. 16. 32.

TAUTOLOGIA IX.

Iosue. 8. v. 5. *Fugiemus, & terga vertemus.*
Fugite, & terga vertite. Ierem. 49. 8-1. Machi.
11. 55.
Fugies, & non ibi subsistes. 4. Reg. 9. 3.
Fugite, & abite. Ierem. 49. 30.
Fugiens fugiet. Iob. 27. 22.
Vitæ sunt, ruerunt. Ierem. 46. 6.

TAUTOLOGIA X.

Iudic. 5. v. 4. *Cæli ac nubes distillaverunt aquis.*
*Nubibus mandabo, ne pluant super eam im-
brem.* Isai. 5. 6.
Hyemis pluvij, & imbris. Iob. 37. 6.
Pluviam imbris. Zachar. 10. 1.
Cribrans aquas de nubibus cælorum. 2. Reg.
22. 12.
Cælum dedit pluviam. Iacob. 5. 18.
In nubibus aeris. Psalm. 17. 12.
Stillicidia stillantia super terram. Psalm. 71. 6.

TAUTOLOGIA XI.

Iudic. 7. v. 5. *Qui linguâ lambuerint aquas.*
Gustans gustavi. 1. Reg. 14. 43.
Mel dulce. Ezech. 3. 3. Apocal. 10. 10.
Rotas volubiles. Ezech. 10. 12.

TAUTOLOGIA XII.

Iudic. 14. v. 16. *Odisi me, & non diligis.*
Ut maius esset odium, quo oderat eam, amore;
quo antè dilexerat. 2. Reg. 13. 15.
Castigant castigavit. Psalm. 117. 18.
Coronans coronabit. Isai. 22. 18.
Cæpit abigere eum, & à se repellere. Iudic.
16. 19.
In malum, & non in bonum. Ierem. 21. 10.
39. 16-44. 27. Amos. 9. 4.
Bonum & non malum. Prov. 31. 12. Amos.
5. 14.

TAUTOLOGIA XIII.

Iudic. 16. v. 7. *Si septem nervicis funibus, nec-
dum sicis, & adbus humentibus, ligatus
fuero.*
*Si ligatus fuero novis funibus, qui nunquam
fuerunt in opere.* Ibid. v. 11.
Novate vobis novale. Ierem. 4. 3. Osee. 10. 12.
*Monumentum novum, in quo nondum quis-
quam positus erat.* Ioan. 19. 41.

PARATITLA DIDASCALIARUM TOMI QUARTI.

TAUTOLOGIA PRIMA.

Vir, de cuius capite capilli fluunt, calvus & mundus est. Fol. 1.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

1. *Vir, de cuius capite capilli fluunt, calvus est.*
Quis ignorat? Princeps, qui capitibus impo-
nit gravia tributa: igitur capillos in populo
calvo quatit, & postquam radices capillorum
erastit, atque à cute violenter rapax evulsit.
2. *Si calvus, & mundus est.* Capilli cogitationes in
terrena expriment: lexque signat mundum, cui
defluxus capillorum; siquidem claret Religio-
forum perfectio, ubi nulla inest de terrenis
cogitatio.
3. *Calvus & mundus est.* Potest esse immundus,
quavis calvus; quippe ex lepra nec capillus:
etenim ob venenum prave, inique conductu-
dinis, nec radix remanet salubris cogitationis.
4. *Calvus & mundus est.* In Religiosis nemo
mundus, nisi calvus: quandoquidem si in
actum scorpionis venenum medius est pilus;
ut inferantur usque in viscera venena, capita
reproborum semper intonsa.
5. *Calvus & mundus est.* Quomodo mundus, si
etiam leprosus est calvus? Ille humoris siccitate,
sed hic putredine, sine pilis capite; ut le-
pra appareat, atque poenam leprosus non effu-
giat: etenim concedetur in effugium ei qui
lepra laborat, neque pilus, quem apprehendat.
6. *Calvus & mundus est.* Ecclesiasticus erit mundus,
si fuerit calvus: igitur si capilli corporis
superflua, & defluxus illorum elemosyna,
mundus omnino, modò cuncta distribuat in
usus pauperum, ne quid superfluum.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

- DIDASC. 1. *A paucis accipit, qui nimium quæ-
rit.* Fol. 23.
- DIDASC. 2. *Cælestes Monachi cogitationes; ubi
nulla cogitatio de terrenis.* Fol. 28.
- DIDASC. 3. *Quantum onus Superioris, subditis
difficilis.* Fol. 33.
- DIDASC. 4. *Nil est supra improbitatis inge-
nium.* Fol. 41.
- DIDASC. 5. *Improbis nulla medicina, nisi poena.*
Fol. 47.
- DIDASC. 6. *Sublevatio inopis, est gloria benefaz
floris.* Fol. 52.

TAUTOLOGIA SECUNDA.

*Scitis, quòd docuerim vos præcepta atque iustitias: sic facietis ea, & observabitis
& implebitis opere.* Fol. 62.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

1. *Sic facietis & observabitis.* Quis non facit,
dum observat? Qui observat legem, ut fran-
gat: igitur ruptæ conscientie, legis præcipien-
tis opus, risus & risus.
2. *Observabitis & implebitis.* Quid utique perfi-
ciendum, si ad usque consummationem obser-
vatum? Ultra consummationem: ultra obe-
dientie finem: equidem obedientie summa
perfectio, ubi impossibilis iudicatur executio.
3. *Sic facietis & observabitis.* Minime lex obser-
vatur, nisi sic ab obediente observetur: etenim
obedientie perfectio plusquam in entitate,
micat in modo.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

- DIDASC. 1. *O quantum bellum, pax peccato-
rum!* Fol. 78.
- DIDASC. 2. *Obedientia perfecta etiam ad impos-
sibilia.* Fol. 84.
- DIDASC. 3. *Obedientia perfecta, non curiosa.*
Fol. 88.

Paratitla Didascaliarum.

4. *Observabitis & implebitis opere.* Nihil superfluit, ubi in legum observantiam opus addit: quandoquidem verba & verba non sunt legis observantia.
5. *Facietis, observabitis, & implebitis.* Tria in apicem perfectionis; quoniam tunc lex mirifice observatione impletur, ubi ultra legem observatio perficitur.
6. *Observabitis & implebitis opere.* Quorsum operet? Pro amoris indice, & charitatis vulnere, observato proposito, & non impleto: quippequam validum amoris vulnus, quod opus perficeretur, quin perficeretur opus.

TAUTOLOGIA TERTIA.

Ne forte videas Solem & Lunam, & errore deceptus adores. Fol. 109.

AUCTORITATIS PERIPHERASIS.

1. *Errore deceptus adores.* Cave. Gentilium in fidem designatur conversio, ubi inceset deceptionis ex tanto errore cognitio. Errabant decepti fiderum pulchritudine. Patuit error ex mentis deceptione, nequaquam ex voluntate: equidem in Magis Regibus illuminati iam non errant, quoniam non fidus, sed verum Numen adorant.
2. *Ne ultra errore deceptus adores:* igitur error erit, dum signa temporum; & nequaquam deceptio, si mysteriorum: quippe si salus ex Crucis, ac Crucis figura in lumine firmamenti; Crucis exhibenda est adoratio, cuius signum, ut iuret, fulget in caelo.
3. *Ne errore deceptus adores;* quippe furor, ubi in errore non cognoscitur error: igitur impossibilis criminis e mente respicientia; modo adorentur uti numina, crimina.
4. *Ne errore deceptus adores.* Etsi erres, ne decipiaris: etenim si crimen erroris pravitas, deceptio erroris voluptas; maius periculum, quam in errore criminis, in crimine deceptionis: etenim alte crimina sedent, si vitia placent.
5. *Ne errore deceptus erres,* dum fueris iudex. Errat, qui sine legis cognitione iudicat. Decipitur in errore, qui vult, & cognita lege, errare: additurque errori deceptio in huiusmodi iudicio; quippe nullum, ubi cui vult, iudex favet, contra legem quam cognoscit.
6. *Ne errore deceptus adores, & adoratione erres.* Amor proprius erroris atque deceptionis labyrinthus: etenim si error adorare simulachrum; error & deceptio adorare se ipsum.

DIDASC. 4. *Conspicuior doctrina per opera, quam per verba.* Fol. 93.

DIDASC. 5. *Virginis per legem purificatio est puritatis atque Virginis perfectio.* Fol. 97.

DIDASC. 6. *In munere Christi Circumcisionis fax accensa charitatis.* Fol. 193.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *In Magis Regibus pretiosa tam munera, quam officia.* Fol. 143.

DIDASC. 2. *Crux humani gloria generis, atque planus Redemptoris.* Fol. 149.

DIDASC. 3. *Cadens peccator surgere non cupit, ut surgat; sed ut iterum cadat.* Fol. 156.

DIDASC. 4. *In peccatis non summum malum cadere; sed iacere.* Fol. 161.

DIDASC. 5. *Perpera sententia, ubi iuxta affectum iudicis, & non ad tenorem legis.* Fol. 167.

DIDASC. 6. *Omnia illi desunt, qui nihil sibi deesse putat.* Fol. 172.

Paratitla Didascaliarum.

TAUTOLOGIA QUARTA.

Dominus ipse est Deus, & non est alius prater eum. Fol. 181.

AUCTORITATIS PERIPHERASIS.

1. *Dominus ipse est Deus, & non est alius.* Prater Deum Patrem sunt duae divinae personae. Sunt aliae, verum sunt Ipse: igitur in unica essentia Deitatis sunt tres hypostasies.
2. *Ipsa est Deus; non est alius prater eum.* Dei filius signatur a Petro, ut alius: & vere, quantumvis sit ipse; quippe est alius & non aliud: non aliud entitate divinae substantiae, ceterum alius proprietate personae.
3. *Ipsa est Deus, & non est alius; sed est alia,* quae Deipara, sine forma Dei, Dei admirabilis forma: equidem producens hominibus pignus pacis, in se mirabiliter conciliavit ima fumis.
4. *Ipsa est Deus & non est alius prater eum,* ut Conditor in auxilium hominum: sed est alia prater eum hominibus in auxilium: siquidem patrocinio Virginis-Matris sublevantur labores humani generis.
5. *Ipsa est Deus & non est alius.* Credit, sed operibus contradicit Catholicus: siquidem ita in templis audet in Domini offensam; quasi alius Deus subsisteret, qui defenderet iniuriam.
6. *Ipsa est Deus & non est alius.* Cogitationes ambitionis refecantur, quae rationem itatus in statu rationis fingunt; ut titulo prudentiae non Deo consulat qui Praelatus, sed sibi: & ubi huiusmodi ambitionis intuitus, suggeritur, *Ipsa est Deus & non est alius;* quoniam ut Praelatus rebellem subigat subditum, nil aliud debet respicere prater Deum.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Infallibile mysterium Trinitatis, verum difficile cognitionis.* Fol. 198.

DIDASC. 2. *Petri fides Caeli ianua & fidei summa.* Fol. 203.

DIDASC. 3. *Virgo Virginum pax hominum.* Fol. 207.

DIDASC. 4. *Eximia gratiae Virginis pra amore in homines.* Fol. 213.

DIDASC. 5. *Templa summa circumspicione ad eunda.* Fol. 220.

DIDASC. 6. *Grave delictum, arripere criminibus subditorum.* Fol. 227.

TAUTOLOGIA QUINTA.

Non tentabis Dominum Deum tuum, sicut tentasti in loco tentationis. Fol. 233.

AUCTORITATIS PERIPHERASIS.

1. *Non tentabis Dominum, sicut tentasti.* Timor debet transgressoribus ingeri, memoria haudquaquam clementiae: & ut reviviscat timor, offensus Dei exponitur amor; ne inveniat iniquitas implacabilem ultorem, quem primo in lapsu praetermissit indulgentem.
2. *Non tentabis Dominum, sicut tentasti.* Tentatione, uti electi, in via probandi: cupiebant terminum felicem sine labore: & huiusmodi inordinata lubido designatur ut tentatio; igitur sine patientia patientiae querere laurum, est sane tentare Deum.
3. *Non tentabis, sicut tentasti.* Non tam signatur tentationis articulus, quam acerbatis modus, cogitantibus improbis quasi deliquium amo-

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Quo indulgentior liberalitas, eo inexcusabilior pervercacia.* Fol. 275.

DIDASC. 2. *Patientia in caelum omnino necessaria.* Fol. 280.

DIDASC. 3. *In nos officium Sanctorum Angelorum quantum officium!* Fol. 289.

Paratitla Didascaliarum.

ris, penam immitti pro audacis criminis acerbitate; amore percusso tam turpi cogitatione: equidem palam magnitudo gratiae, dum lateat gratia sub doloris specie.

4. *Non tentabis Dominum, sicut tentasti.* Peccaverant, sed sic erant: diciturque Dei tentatio huiusmodi impoenitudo; quoniam sic esse, cognoscendo delictum, est proprie tentare Deum.
5. *Non tentabis Dominum iterum sicut tentasti;* & tunc incolomis evasisti: siquidem vana fiducia, & in Dei tentationem maxima audacia, sese inducere in criminis occasionem; quoniam potens est Deus removere discrimen, vel conferre libertatem.
6. *Non tentabis, sicut tentasti in loco tentationis.* Notatur locus, ut excusetur excessus. Tentationis locus est mundus: taxaturque à vita imperfecta Monachus; modò vivat in claustrò, quasi viveret in mundo.

TAUTOLOGIA SEXTA.

Constituet te Dominus in caput, & non in caudam: & eris semper supra & non subter. Fol. 315.

AUCTORITATIS PERIPHRAISIS.

1. *Eris supra, & non subter.* Loca disita, sed iungenda loca. Subter homines fumus, supra crimus: equidem ascensione Salvatoris in gloriam, crimus super, qui habitamus terram.
2. *Eris supra, & non subter.* Subter & supra videntur in Virgine-Matre, ex eius in caelum admirabili assumptione: igitur quæ subter homines in orbe deplorabili terrarum, exaltatur in caelestibus super choros Angelorum.
3. *Eris supra, & non subter,* si dignum meritis munus; quippe in honore non honos: etenim si absunt dignitatum merita; erit subter, quod est supra: appositis frustra pro munere meritorum meritis à fortuna vana munera.
4. *Eris supra, & non subter.* supra & subter eris, mancipatus sub peccatis: equidem qui exlex supra vivit in peccato, subter iacet in inferno.
5. *Eris supra, & non subter,* constitutus in caput & non in caudam: sublimitas & inferioritas non pendet à loco dignitatis, sed à meritis: estque cauda inferior, qui instar capitis dignitate sublimior; quippe stolido elato per dignitatis insignia, ut cognoscatur plene, deficit cauda.
6. *Eris supra, & non subter.* Meritum extollet, demeritum subvertet; nec commutabuntur loca, nisi per merita, vel demerita, prout dicat ratio, quin discernat affectio: igitur si affectioni vel leve datur iudicium; quæ sursum, erunt deorsum; & quæ deorsum, collocabit sursum.

DIDASC. 4. *Nulla maior est poena; quam esse miserum, nec videri.* Fol. 295.

DIDASC. 5. *Sapè anima ruina ex fugienda occasione fiducia vana.* Fol. 302.

DIDASC. 6. *Turpis anima servitus; fucata virtus.* Fol. 308.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Dum Christus penetrat calos, etiam suprema homines penetramus.* Fol. 333.

DIDASC. 2. *Vel in caelis elucet incomprehensibilis gloria coronationis Virginis-Matris.* Fol. 337.

DIDASC. 3. *Munera ad dignitatem minimè merita.* Fol. 343.

DIDASC. 4. *Urget inferni flamma, ut committitur culpa.* Fol. 350.

DIDASC. 5. *Fatui Praesidis quanta fatuitas.* Fol. 354.

DIDASC. 6. *In patriam turpis affectio, plurimorum condemnatio.* Fol. 363.

Paratitla Didascaliarum.

TAUTOLOGIA SEPTIMA.

Percutiet te Dominus amentia & cecitate ac furore mentis. Fol. 370.

AUCTORITATIS PERIPHRAISIS.

1. *Amentia, & cecitate, ac furore mentis.* Cuncta ex patratione criminis: equidem probat amentem, cordis cecitatem, mentisque furor, posse frui felicitate colorum; & pro lubricine precipitari in infernum.
2. *Amentia, & cecitate, ac furore mentis.* Singula in cunctis mala: quidnam in singulis cuncta?
3. *Amentia, & cecitate, ac furore mentis.* Amentia mala; sed peior amentia, ubi furor mentis ex cecitate cordis: igitur nulla maior amentia, quam voluntaria.
4. *Amentia, & cecitate, ac furore mentis;* ut consulatur vehementer medicaminis: equidem peccatores, ni acrem tulerint dolorem, nunquam redibunt in mentem.
5. *Amentia, & cecitate, ac furore mentis;* siquidem sine cecitate amentia optabilis, quoniam furor amentis ex flamma cordis.
6. *Amentia, & cecitate, ac furore mentis.* Est speculum tyrannidis: patetque furor mentis in tormentis cogitatis persecutionis; quippe quò magis Martyres extinguebant, eò magis Martyres pullulabant.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Culpa, voluntaria amentia.* Fol. 390.

DIDASC. 2. *Peccatum cecitas cordis, & furor mentis.* Fol. 396.

DIDASC. 3. *Timentes timendi.* Fol. 401.

DIDASC. 4. *Pravi tractandi dure, ut tractentur.* Fol. 409.

DIDASC. 5. *S. Franciscus amore velut insanus.* Fol. 415.

DIDASC. 6. *Tyrannorum persecutio est Martyrum illustratio.* Fol. 422.

TAUTOLOGIA OCTAVA.

Nolite timere, nec pavetis, quia Dominus non dimittet, neque derelinquet te. Fol. 428.

AUCTORITATIS PERIPHRAISIS.

1. *Non dimittet, neque derelinquet.* Quis non deserit, si dimittit? Amor, ut eius eluceat fulgor: equidem cum magis praesens, quò absens; crescit pectoris flamma, comite absentia.
2. *Dominus non dimittet, neque derelinquet te,* quia Dominus. Esti deficiat panis, persistat fides: igitur qui fidit providentiae caeli, non relinquetur vel dimissus sine pane.
3. *Non dimittet, neque derelinquet.* Vera exponitur fides pectoris, ne ingratis habeatur fides: equidem cum benefactorem deserant, antequam derelinquant; duntaxat illum comitantur, ut noceant.
4. *Non dimittet, neque derelinquet.* Patet Dei vera amicitia, & hominis falsa. Ubi maior coniunctio, maior desertio; quandoquidem expectatus amicus obstrictus gratis, in afflictu folamen occurrit hostis.
5. *Non dimittet, neque derelinquet.* Adest protectio confidentibus in Domino. Tunc magis iuvantur, quò derelicti videntur: igitur di-

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Iosephi amoris momenta, tam cogitatio, quam fuga.* Fol. 444.

DIDASC. 2. *S. Caietanus Doctor novus, & egregius.* Fol. 451.

DIDASC. 3. *Inter vitia deteriora ingratitude pessima.* Fol. 460.

DIDASC. 4. *Intimum vulnus cordi, perfidia amici.* Fol. 464.

DIDASC. 5. *Rude fridus fidus cornuscant, ac Praesulum decus.* Fol. 471.

Paratitla Didascaliarum.

mittit in arctiora pericula; ut cedat illis ex periculis victoria.

6. *Non dimittet, neque derelinquet.* Relinquit Dominus animam actuali peccato: dimittit originale delictum: Virginemque Deus nec reliquit, nec dimisit; quippe nec labem originariam contraxit.

DIDASC. 6. *In Conceptione Virgo Maria, sola tota pulchra.* Fol. 480.

TAUTOLOGIA NONA.

Fugiemus, & terga vertemus. Fol. 487.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

1. *Fugiemus & terga vertemus.* Decet in regimine indulgentia criminis, modo in crimina indulgentia non fomes: unde oportet aliquando fugere, ceterum terga non vertere; quoniam si Superior vertit terga, ad cuncta crimina inolefcet audacia.
2. *Fugiemus & terga vertemus,* ne persequentes hostes inspiciamus. Si periculum in regno Martis, quantum in insidijs Veneris? Terga que etiam in fuga vertuntur, ut ab hostibus etiam declinent conspectum; quippe satis levis oculorum iactus in cordis vulnus.
3. *Fugiemus & terga vertemus:* non sat fuga; ni vertantur ad fugam Veneris terga: & utrumque in fuga iungitur; ut cautio etiam in recessu conspiciatur: igitur relabuntur plerique, qui videntur egressi.
4. *Fugiemus, & terga vertemus.* Quod simul in peccatore, disiunctum in penitente: quippe quam Deus, si ex corde peccator plorat; post tergum projicit cuncta peccata, ne videat.
5. *Fugiemus & terga vertemus.* Fugit Virgo peccatoris crimen, sed non ipsum peccatorem. Fugit, sed terga non vertit, dum additum sibi devotione videt: igitur ut reddat offerenti coronam, reducit illum ad gratiam.
6. *Fugiemus & terga vertemus.* Fuga cum aversione vultus dilecti signat absentiam; amantis cordis ærumnam: Christusque in utero matris illam non fugit, sed terga dilectus vertit; ut esset superpes singularis in latitiam genitricis; quandoquidem sine fuga in gaudio abscondebatur vultum, ut cresceret desiderium.

TAUTOLOGIA DECIMA.

Cæli ac nubes distillaverunt aquis. Fol. 535.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

1. *Cæli ac nubes distillaverunt aquis.* Discrimen adventus Verbi Divini in mundum, atque Deiparæ assumptionis in cælum: etenim hoc Verbo descendente plorat; Virgine ascendente exultat.

DIDASCALIA RUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Scrutator maiestatis Virginis, à gloria tanta opprimitur maiestatis.* Fol. 547.

Calij

Paratitla Didascaliarum.

2. *Cæli ac nubes distillaverunt aquis.* Terra mota est. Venit Deus in ima; & cælis plorantibus commovetur terra: equidem congrua & lachrymatio & commotio, dum Deus homo factus videbatur in mundo.
3. *Pro terra motione aquis nubes distillarunt cæli:* quippe lachrymæ cælestes, ubi fletus intellectus videtur in terra cordis.
4. *Cæli distillaverunt aquis;* uti signa veræ cordis penitentiæ: igitur pretiosæ lachrymæ, si ex toto corde.
5. *Cæli distillarunt aquis.* Cæli describitur lachrymatio; ut fere discat homo ex memoria delicti, qua offensus cæli: quandoquidem videtur de iustitia lachrymæ, si videtur in oculis facti criminis memoria.
6. *Cæli ac nubes aquis distillarunt,* dum notuit Israëlitis gratia legis scriptæ. Idem accidit, ubi scripta ex cruce à Salvatore lex gratiæ. Cæli sidera Matris-Virginis distillantur aquis; sed nunquam viso artificio doloris: igitur ad instar nubium manantes lachrymis oculi, serenitate mirâ fulgurabant sicut cæli.

DIDASC. 2. *Christi nativitate homo à suctibus emerfus, & fulgore illuminatus.* Fol. 553.

DIDASC. 3. *Intellectus lachryma summæ pretiosæ.* Fol. 557.

DIDASC. 4. *Lachryma voluntatis pretiosiores.* Fol. 563.

DIDASC. 5. *Lachryma memoria pretiosissima.* Fol. 570.

DIDASC. 6. *Iuxta Crucem Redemptoris plantus sine plantu Virginis-Matris.* Fol. 573.

TAUTOLOGIA UNDECIMA.

Qui linguâ lambuerint aquas. Fol. 588.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

1. *Qui linguâ lambuerint aquas,* ad victoriam eliguntur, ut validi. Hæc electio cogitata à Michaële; ut nobis sit gloria, ex eius virtute gratia: equidem pro hominum triumpho, atque gaudio, semper descendit de cælo.
2. *Qui linguâ lambuerint aquas.* Non electi, qui usque in satietatem biberint; sed qui gustaverint. Gustare indicat ieiunium: & qui ieiunant, eliguntur ad prælium; quoniam in pugna minorem habent virtutem, qui reficiuntur usque ad satietatem.
3. *Qui linguâ lambuerint aquas.* Qui sic, eliguntur: qui genuflexi, amandantur. Illi sedabant sitim, hi quærebant satietatem. Objiciuntur reprobi & electi: etenim non eliguntur in schola Christi, qui intendunt pro necessitate luxum; sed qui quærunt in necessitate necessarium.
4. *De validis inimicis ieiunii parient coronas, qui linguâ lambuerint aquas.* Linguâ, & tantum linguâ, ut clarescat abstinentia: igitur quo gaudet vel levis gustus, per continentiam adhuc ignarus stomachus.

DIDASCALIA RUM SYNOPSIS.
DIDASC. 1. *Michaëlis in Hispania apparitio mirifica.* Fol. 601.

DIDASC. 2. *Ieiunium non vires frangit, sed reficit.* Fol. 610.

DIDASC. 3. *Quanta corruptela Monachorum ex usu carnis.* Fol. 616.

DIDASC. 4. *Ieiunium Petro de Aleantará cibis.* Fol. 622.

TAUTOLOGIA DUODECIMA.

Odisi me, & non diligis. Fol. 630.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

1. *Odisi me, & non diligis.* Quis esse odium in munere dilectionis? Non novum, ubi quari-

DIDASCALIA RUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *In hominis amicitia nulla fides sine spe.* Fol. 647.

tur

Paratitla Didascaliarum.

tur in amico quæritus & non amicus: quidem cum fortunam enixim sequatur fides, & non amoris amore; simulatque expanditur infelicitatis velum, sub velamine amoris apparet odium.

2. *Odisti me, & non diligis.* Quod videtur ut odium, quit esse amoris obsequium, & econtrà; dum later sub lege, privata cordis vindicta: etenim non iustitia ingenium malignitatis, ubi lex iugulatur sub larva legis.
3. *Odisti me, & non diligis.* Iustitia diligitur, atque simul odio habetur: quod patienti videtur horror, est amor, si modus curationis adhibetur: verum amoris obsequium in prayum veritur odium; ubi exacerbatur vultus, quoniam recedit à medicina modus.
4. *Odisti me, & non diligis.* Certamen odij & amoris, infcio pectore in commota à tyranno perfectione: igitur dum Martyres torquet, per odium diligit; quippe dum patitur caro, obsequitur persequendo.
5. *Odisti me, & non diligis.* Quia dilectus non contulit gratiam, sese æstimavit odiosam. Iurè Gertrudem invocamus Dei singulariter dilectam: igitur ex illius gratiarum patrocinio, constat cunctis, Sponsa quam grata Deo.
6. *Odisti me, & non diligis.* Per odium, cordis notatur averio: per dilectionem, charitatis magnitudo. Quod astruit natura, negat aliquando gratia: etenim arte mirifica, apparente demonstratione averfionis, crescit flamma charitatis.

TAUTOLOGIA TERTIADECIMA.

Si septem nervicis funibus, necdum sicis, & ad huc bumentibus ligatus fuero, infirmus ero. Fol. 686.

AUCTORITATIS PERIPHRAISIS.

1. *Si septem nervicis funibus, necdum sicis, & ad huc bumentibus, ligatus fuero; infirmus ero, ut ceteri homines,* dicit verus Hercules Samson, sed per ludum; in signum virtutis Martyrum: quidem divinà gratiâ prius rumpebantur ferrea tyrannorum vincula, quam fragilia è carne corpora.
2. *Si septem &c.* Ex robore laqueorum Samson se probat invictum: rumpit gratia quæque corde resilientia, sitque homo infirmior, dum sibi videtur fortior: siquidem tunc gratia eminet, quàm plus malitia resistit.
3. *Si septem &c.* Samson cuncta fortia rupit, levigavit; & corrui factus infirmus, ut ceteri homines; ut cuncti discant ex casu cavere à levi periculo: igitur quia abdidit levigata, non potuit rumpere fortia.
4. *Si septem &c.* Vincit, dum vinciri posse dissimulat, & tunc artem regiminis elevat: quandoquidem oportet in prudens regimen, dissimulatione simulare potestatem.

DIDASC. 2. *Summa iustitia corruptio, vindicta in iustitia throno.* Fol. 651.

DIDASC. 3. *Vultus quod modo corrigitur, cor rumpitur sine modo.* Fol. 657.

DIDASC. 4. *Laurentij ante victoriam victoria, & flamma ignis sine flamma.* Fol. 663.

DIDASC. 5. *Dilectæ Gertrudis cor primas & summitas gratia Dei.* Fol. 669.

DIDASC. 6. *Martinus gemma Presulum.* Fol. 680.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Virtus Martyrum supra virtutem.* Fol. 698.

DIDASC. 2. *Paulus è sua conversione, vera & viva imago Salvatoris crucifixi.* Fol. 704.

DIDASC. 3. *Periculosus status agritudinis, confidentia sanitatis.* Fol. 708.

DIDASC. 4. *Presidis simulatio indigna; dissimulatio decora.* Fol. 713.



TAUTOLOGIA PRIMA.

VIR DE CUIUS CAPITE CAPILLI FLUUNT,

cabvus & mundus est. Levit. 13. vers. 40.

EXPOSITIO LITERÆ.



UPLEX Tautologia in unico testimonio (cui affines alia: 1. Reg. 14. 45. Daniel. 14. 35. Matth. 10. 30. Luc. 7. 38. & Act. 27. 34.) nimirum, capilli capitis, & calvities, fluxus capillis à pellicranto. Sic ergo per Isaiam dicitur: *Decalvabit Dominus verticem siliarum Sion, & Dominus crinem earum nudabit:* & apud Ezechielem: *Tondentes attondent capita sua.* Ut ergo in expositionem liquidò procedamus; operæ pretium erit, exprimere de quo sermo. In principali Pleonasmò de notis lepræ agitur, cuius iudicium addicitur Sacerdoti, uti Ecclesiastici populi medico; quin possit fungi ullo modo Sacerdotio, ni impollutus, atque à leprosis segregatus: et-

enim eadem affectione, mundos iudicaret immundos; ne ipse appareret turpiter contaminatus. Hinc eadem detractionis noxâ, non mulctatur Aâron, & inficitur leprâ soror Maria. Etiam habemus (ait Celsius apud Marc. Senec. *Controv. 2.*) *quandam prerogativam Sacerdoti ab ipso Numine datam.* Maria apparet leprosa, & quia Sacerdos Aâron, longè à lepra; quoniam agritudinis iudicium difficile, modò ab agro medico Sacerdote. *Curare namque Sacerdotem necesse est* (inquit Gregor. Magn. homil. 17. in *Evangel.*) *que singulis dicat, unumquemque qualiter admoneat:* igitur necessarium, vel iudicium perverfium, vel curare seipsum. Perperum profectò ius, dum index in eadem damnatione est. Hinc SS. Monachorum Dux Benedictus Reg. *Sanct.* cap. 2. infit: *Cum de alienis rationibus cavet, reddidit de suis sollicitus:* & cum de admonitionibus suis emendationem alijs subministrat; ipse efficitur à vitijs emendatus.

2. Quàm exacta hæccine requisita, constat ex Levitico 21. à vers. 17. ubi dicitur: *Homo de semine tuo per familias, qui habuerit maculam, non offeret panes Deo suo, nec accedet ad ministerium eius: si cæcus fuerit, si claudus, si vel parvo, vel grandi, vel torto naso, si fracto pede, si manu, si gibbus, si albuginem habens in oculo, si iugem scabiem, si impetiginem in corpore, vel herniosus &c.* Plura alia addunt Rabbini in *Catalog. Præcept. negativ.* 308. ubi plura ludicra: ceterum inconcussum apud illos, irregularitatem contrahi ex alicuius membri mutilatione propter deformitatem. Unde *Anigonus* (ut astringunt Iosephus lib. 14. *Antiq.* cap. 25. & Egeffip. lib. 1. cap. 29. & lib. 2. cap. 13. de *Excid. Ierosolym.*) *veritus deinde, ne populi favore Hyrcanus in regnum restitueretur,*

Mat. 3. 17.
Ezech. 44.
20.

Celsius.
Qui corri-
git, turis à
labr.
Gregor.
Magn.

S. Bene-
dict.

Levit. 21
17.
Qui lan-
guet, lan-
guore non
iudicet.

Iosephus.
am-